



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

Copula cum sponsa alterius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

que id in conscientia; nam in foro externo, si forte ad illud deducantur ejusmodi impudici tactus, cum sint vehementer Conjecturæ de copula, facile forminant à legato repellent. Ita Caltr. l. 5. disp. 4. p. 13. §. 7. n. 20.

Copulam non perficiens. Remissive.

8. Dubitamus tertio. An fornicans incepta copula possit, & obligetur illam inceptam non perficere, quamvis adsit periculum effusionis seminis extra vas? Sed de hac re dicam infr. l. 3. §. 5. n. 16.

Copula cum Sponsa alterius.

9. Dubitamus quarto. An copula cum sponsa alterius de futuro, sit fornicatio? An adulterium? Respondeo esse fornicationem. Ita Sanch. l. 1. de matr. d. 3. Basil. Pont. lib. 2. de matr. cap. 6. n. 8. alique, quia per sponsalia nondum sponfus ius in sponsa corpus consecutus est. Cum, contra, quia ius hoc consequitur ad matrimonium, siue consummatum, siue etiam tantummodo ratum; ideo tunc adulterium erit.

Ignorantia in Fornicatione

10. Dari posse ignorantiam invincibilem circa preceptum non fornicandi, saltem apud Barbaros & incultos, probabile est. Ita Azor. p. 2. l. 3. cap. 9. quest. 1. Fag. l. 9. in dec. c. 1. n. 11. quia non admodum manifestè illud deducitur ex primis principiis luminis naturalis, Lege citatos.

CAPUT II.

§. I. De Sacrilegio

1. **I**N Methodo exp. conf. l. 2. c. 7. §. 1. sic habes: Purgamus ad sacrilegium, quod duplex in hac materia est. Alterum quod contrahitur ex persona sacra: Alterum, ex loco sacro.

Sacrilegium ex persona sacra.

2. Quoad primum, quod est, quando aliquis, qui Deo per votum castitatis se consecravit, adhuc turpia quæcunque, v.g. mollitiem, fornicationem, &c. non veretur admittere, certum est, ut ex Methodo, cap. 1. §. 8. prescriptum num. 52. constat, non oportere explicare, an semel, an pluries Castitatem voverit; quia id non addit differentium speciale.

Quæstio igitur superest, An qui violat votum solemnè castitatis, id explicare teneatur; an sit satis, sic fateri Violavi votum castitatis: quod est querere, an votum simplex, & solemnè, quod quidem solemnè habent tum professi, tum Sacerdotes, differant specie?

Dico esse probabilissimum, cum Sanch. lib. 7. de matr. d. 27. n. 27. & lib. 5. in dec. c. 6. n. 14. tum inque in praxi, non differre species, atque ad eò solemnè illam voti non esse necessariò declarandam. Ratio est, quia utrumque votum eandem Religionis virtutem æque respicit.

Hinc Sacerdos non obligatur in peccatis contra Castitatem explicare Sacerdotium; sed satis est, si dicat, se voti reum Castitatem violasse. Ita Sanch. d. disp. 27. n. 30. Fag. lib. 4. pr. Eccl. 2. c. 3. n. 5.

Hinc Episcopus, & Generalis ordinis Religiosus, ex hoc capite (nam si adesset aliorum scandalum, iuxta supradicta de scandalo, aperiendum esset) in fornicatione, v.g. non obligatur manifestare se esse Episcopum, si esse Generalem, &c. satis erit si votum tantomodo manifestat. Ita Sanch. d. disp. 27. n. 33. quidquid dicat Fag. d. lib. 4. c. 3. n. 8. Hinc Religiosus non est obligatus explicare se vel Religiosum esse, vel Sacerdotem, sed satis est, si explicet

si fornicetur, seu ut loquuntur jura, si honestè  
amittere tutelam filiorum ante sententiam Iudicis,  
probabilis tamen est, non amittere, nisi post senten-  
tiam.  
In las pro Navarro; Vidua amittit tutelam per secun-  
dam nuptias, etiam ante sententiam; ergo & per vitam  
matrimoniam. Respondeo: nego consequentiam, nam il-  
lud prius expresse sic decretum est in Iure: hoc posterius  
non sequitur.  
1. Rursus: eadem Vidua, si fornicetur intra annum  
luctus, etiam per unicum actum, amittit omnia bona,  
vel legata sibi ex liberalitate à Marito relicta, sed post  
luctum; quia hæc est poena. Videtur omnino Sanch.  
de matr. l. 7. d. 9. n. 2. At si post annum luctus fornicetur,  
non amittit ita Gloss. in authent. de restitu. §. fin. v. Ma-  
gister Covarr. in 4. Decret. 2. c. 7. num. 12. Ratio est, quia  
illa loquuntur solum de anno luctus; cur ergo ad alios  
extendantur? Annum luctus Iura civilia tantum faciunt, ac  
preveniunt, ut si intra illum transeat Vidua ad secundas  
nuptias, vel in l. 1. c. de secund. nuptiis, eam amittere lega-  
ta sibi à viro relicta: sed merito hæc à legibus Canonicis,  
l. 1. c. de secundis nuptiis, & ibi Innocent. n. 1. Host. num. 2.)  
est abrogata; quia cuilibet soluto, matrimonium libe-  
rum est.  
4. Denique, si Maritus usum fructum, vel legatum re-  
linquat uxori, si castè vivat; tunc certè, si castè non  
vivat, ante sententiam legatum amittit, etiam in con-  
scientia; quia illa non est poena, sed conditio à Mari-  
to requisita. Illud noto: hoc castè vivere, excludere  
omnem illicitam copulam (non ergo secundas nuptias,  
ex Molina, Sanch. Vasq. Dicast. apud Dian. p. 10. tr. 15.  
q. 21.) etiam vnam, vel alteram, ex Rosen. Sylvest.  
apud Sanchez l. 7. de matr. d. 9. n. 32. (sic mihi videtur, li-  
cet sciam aliter aliquibus videri) imò etiam occultam.  
Ratio est, quia quavis, v.g. mentiri semel, non faciat  
mendacem: At in materia Castitatis, præsertim respec-  
tu feminae semel cecidisse, est, non castè vivere. Con-  
jice ex eo, quòd si sciretur, usque ad mortem, v. in ho-  
mine repararetur. Conjice rursus, quia si forte concepiat,  
jam per novem menses, dum habet in utero, inhonesta  
merito habetur: imò & semper deinceps, filio illegiti-  
mo existente teste luxuria Matris. Cum ergo unus casus  
est etiam occultus ex se feret conceptionem, & totius vi-  
tae dedecus, causabit in casu nostro exclusionem à lega-  
to debito castè viventi. Dixi in casu nostro, nam quan-  
do illud, castè vivere, exposcitur, non ut conditio, sed in  
penam delicti, id quod ex verbis testatoris colligi de-  
bet; probabile est ex Sanch. ibid. n. 4. exposci cum esse  
omnis notum; quia debet probari in foro externo, & re-  
querit sententiam Iudicis.  
Est nihilominus probabilis contraria sententia, id est,  
legatum relictum Vxori, si castè vixerit, intelligendum  
esse non de turpitudine occulta, sed de eà, quæ aliis sit  
cognita; ita ut femina existimata tanquam honestè, &  
castè vivens, possit sibi in conscientia lucrari legatum.  
Ita Castro Pal. l. 5. disp. 4. p. 13. §. 7. cui adhæret Diana  
p. 10. n. 13. ref. §. 8. alios citans, licet contrariam dicat esse  
probabiliorum. Vide etiam ibid. tract. 1. §. ref. 2. 1. Ratio est,  
quia valde præsumi potest, Virum respexisse ad honorem  
apud homines, non verò ad ipsam naturam turpitudinis.  
Item propter eandem rationem esse in ea, quæ commu-  
niter reputatur virgo, si virgini relinquatur legatum, vel  
hereditas, probabiliter docent non pauci. Ita Martinus  
de S. Ioseph, Trullench. Layman, alique ab eod. Diana  
citati d. ref. §. 8. verif. confirmatur hæc opinio. Nulid magis si  
non recipiendò legatum, deberet propria turpitudine pa-  
lam fieri.  
7. Porro non puto illud (si castè vivat) excludere  
omne peccatum contra Castitatem. Vnde si polluitur,  
si impudicè tangat, &c. dummodo non sit copula, pote-  
rit legatum consequi. Ita Sayr. tom. 1. Clau. l. 8. c. 2. num. 8.  
Leg. Sanch. ibid. num. 39. quia in locutione hominum  
communium, illud castè vivere, excludit illicitas copulas,  
non verò ejusmodi ex se occultas turpitudinis actus. At-